



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 89. A quo tempore, quis censendus sit Romipepetarum jure  
gaudere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

quod ego limo, nisi quaestio derepente exurgeret de re peritura, aut quaestio-  
tionem non admitteret, necessitas enim non habet legem. *l. 5. §. si quis viros ff. de  
4. dam. infecto cap. quod non est licitum de Reg. Jur. in 6. ut & si de chirographo aut  
obligationis ejus qui Romam discessurus est recognitione ageretur, est enim & hic  
casus inter multos quos in unum congeffi, de jurisd. ord. in Exemptoi lib. 2. quest.  
45. alii item sunt sexcenti, qui pro re nata & ex variis causatum figuris quotidie  
oriuntur.*

---

QUAESTIO LXXIX.

A quo tempore quis censendus sit Romipetarum jure gaudere,

SUMMARIUM.

1. Iter adornare quando quis dicatur.
2. Quantum censi debeat tempus preparatorium ad iter.

1 **R**espondeo, ab eo tempore quo quis incipit vasa colligere, hoc est se com-  
parare ad iter Romanum; iter enim nemo suscipere potest nisi prius viatica &  
caetera ad iter necessaria preparaverit. Quo fit ut & illud tempus etiam cen-  
seri debeat pars perfectionis, eodemque jure quo ipsa perfectio regulari, *l. qua de  
toti ff. si pars hered. pec. praes loco à tota ad partem*, nam & concesso uno, censetur  
omne id concessum, sive quo commodè id experiri non potest, *l. 2. ff. de jurisd.  
om. jud. l. Penult. ff. de usu fr. Navarr. cap. novu. no. 3. m. 18. de judiciis*.

2 Cujus autem quantitatis esse debeat tempus illud preparatorium ad iter Roma-  
num, diffiniri praecise non potest, sed relinquendum est arbitrio judicis, qui illud  
discernat ex qualitate rerum & personarum, *l. continuis §. cum ita ff. de verb. oblig. l. 1.  
C. de jure delib. Albertus Brunus de rebus dubiis Rubrica, de dubia dispositione circa  
tempus*.

---

QUAESTIO LXXX X.

Quanto tempore residere quis censeatur Romae, ut Privilegio hujus  
Exemptionis gaudeat.

SUM-